



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXX. Ianvarii. S. Amnichadvs.


urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S AMNICHADVS monachus Fuldenſis, natione Scotus, hac occaſione Fuldam venit. Richardus Abbas ibidem, cum aduenas transmare monachos S. BENEDICTI noſſet, inſignis perfectioris vitæ ſtudio ac feueritate, diſciplinæ ex Scotia veniſſe in Germaniam, dedit operam, vt ad excutiendum fuorum torporem, & accendendam exemplo virtutem, complures Scotiæ gentis monachos Fuldam accerſeret; horumq; accuratis vitæ, doctrinæq; ſtudijs, veterum pietatem ac eruditionem apud ſuos excitaret. Inter quos AMNICHADVS innocentia famâ & vitæ ſanctimoniâ clarus, cum ſeruere magno deſiderio ſolitudinis & amoris CHRISTI, iſtic priſco ritu arctius in- cluſus eâ ſanctitatis opinione vixit, vt ſuper eius ſepulchrum & cæleſtia viſa-

lumina, hauſtaq; voces Angelicæ pſalmodiæ. Obijt III. Cal Febr.

anno Domini MXLIII. Ex antiq. Fuld.

Brouneri.



S. AMNICHADVS



B. AMICHADVS SCOTVS ORD. S. BEN
 Hic presbiter in Fuldensi monasterio inclusus arctius, ea sancti-
 tatis opinione vixit, ut super eius humerum es caelestia visa lumina
 haurire, vocis angelicae praeaudire. Obijt anno MXLIII. xxx. Jan.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name "Benedict" and the Roman numeral "III".

311

C 3

II. FE.